

© Sydney Penner 2010

<847><sup>2</sup>

*Quotuplex sit finis.*

1. Antequam progrediamur ulterius ad explicanda caetera quae proposuimus ad causalitatem finis pertinentia, oportet varias divisiones, vel potius nominis significationes explicare, ut distincte intelligatur, de quo sit disputatio.

*Prima divisio finis, Cuius, et Cui.*

2. Est ergo prima ac celebris divisio finis in finem Cuius, et finem Cui, quae sumpta est ex Aristotele 2. *De anima* cap. 4. ubi Argyropilus vertit, *finem quo et cui*: sed priora verba sunt Graecis conformiora, et intentionem melius declarant, nam finis Cuius dicitur, cuius adipiscendi gratia homo movetur vel operatur, ut est sanitas in curatione: finis Cui dicitur ille, cui alter finis procuratur, ut est homo in intentione sanitatis, nam licet homo curetur propter sanitatem, ipsam vero sanitatem sibi et in suum commodum quaerit.

Quaestiuncula.

3. Quaei vero potest, quis horum habeat <col. b> propriam rationem finis. Quidam enim soli fini Cui illam attribuunt, quod sentit Gabriel in 2. dist. 1. q. 5. sequens Ocham in 2. q. 3. art. 1. atque idem sentit Henricus Quodli-

*How many kinds of ends there are.*<sup>3</sup>

1. Before we proceed to explain the remaining things that we mentioned as relevant to the causality of the end, we should explain the various divisions or, rather, the various significations of the name, in order to understand clearly the subject matter of the disputation.

*The first division: finis cuius and finis cui.*

2. There is, then, a first and famous division of ends into *finis cuius* (literally: ends of which) and *finis cui* (literally: ends for which), which is taken from Aristotle, *De anima* II, cap. 4, [415b20–22]. Argyropoulos turns it into *finis quo* and *finis cui*;<sup>4</sup> but the former words conform better to the Greek and better convey Aristotle's intention. For that for the sake of the obtaining of which a human being is moved or acts—for example, as health is that for the sake of the obtaining of which medical care is provided—is called a *finis cuius*. That for which or whom another end is procured—for example, as a human being is that for whom health is intended—is called a *finis cui*. For, although a human being is cured for the sake of health, he, however, seeks that health for himself and for his own advantage.

3. One can ask, however, which of these has the proper *ratio* of an end. For certain people attribute the proper *ratio* of an end only to the *finis cui*, as does Gabriel in II, dist. 1, q. 5, following Ockham in II, q. 3, art. 1. And Henry of Ghent thinks the same thing in *Quodlibet* II, q. 1. And is

A small question.

Gabriel.  
Ockham.

<sup>1</sup>Latin text by and large follows the 1597 edition, with most abbreviations expanded and spellings modernized. Punctuation kept as is. I checked the text against the Vivès edition for significant variations. For recorded variants, A = 1597 edition and V = Vivès edition. Note that the Vivès edition does not have marginal notes; many, though not all, of the marginal notes from the 1597 edition are included in the Vivès edition as italicised text at the head of paragraphs.

<sup>2</sup>Numbers in angle brackets indicate page numbers in the Vivès edition for ease of reference, given that it is the most widely used edition.

<sup>3</sup>See the parallel discussion in *DFH* 1.6.

<sup>4</sup>The reference is to John Argyropoulos (1415–1487), the Byzantine lecturer who taught Greek—and Aristotle—to a number of notable Italian humanists. The *Dictionary of Greek and Roman Biography and Mythology* (ed. by William Smith, 1870) mentions a Latin translation of book III of *De Anima* but none of book II, though it does note that a commentary on *De Anima* has been credited to him.

bet 2. q. 1. Et probatur, nam ille est proprie finis, in quo  
 sistit intentio agentis, caetera enim potius habere videntur  
 rationem mediorum; sed intentio solum sistit in fine cui  
 caetera procurantur, nam ad illum omnia ordinantur: unde  
 25 sicut medium solum amatur, quatenus proportionatum est  
 fini: ita finis Cuius solum amatur, quatenus est proportion-  
 atus, et conveniens fini Cui; ergo. Et confirmatur, nam fi-  
 nis amari debet amore amicitiae, vel saltem benevolentiae,  
 quia debet amari propter se: sed solus finis Cui ita amatur,  
 30 nam finis Cuius amatur alteri, qui dicitur finis Cui: atque ita  
 amor finis Cuius est concupiscentiae, alterius vero est amici-  
 tiae seu benevolentiae; et ideo finis Cui amatur simpliciter,  
 finis autem Cuius tantum secundum quid, iuxta doctrinam  
 D. Thomae 1. 2. q. 26. art. 4. dicentis, *illud amari simpliciter,*  
 35 *cui amatur bonum: hoc autem bonum quod alteri amatur,*  
*tantum amari secundum quid.*

D. Thomae.

4. Aliunde vero apparet, solum finem Cuius proprie  
 habere rationem causae finalis, nam Aristoteles, ubicumque  
 hanc causam definit, per hoc eius rationem explicat, quod  
 40 sit *cuius gratia aliquid fit*, ut patet 2. *Physicae* cap. 3. et 7. et  
 5. *Metaphysicae* cap. 2. et hac ratione dicit, finem esse pri-  
 mum in intentione, et ultimum in executione: et similiter  
 ait, formam esse finem generationis, non vero ipsum gener-  
 antem. Et ratione declaratur, quia is cui alter finis acquiri-  
 45 tur, vel quaeritur, solum est subiectum, quod perficitur vel  
 actuatur alia re, quae intenditur ut finis: ut homo est subiec-  
 tum sanitatis, aut visionis beatae, quae est finis nostrarum  
 operationum: haec ergo habitudo non est proprie finis, sed  
 50 alterius rationis: nemo enim proprie dixerit hominem esse  
 finem visionis beatae, sed potius visionem esse finem ho-  
 minis: nam res est propter suam operationem, ut propter  
 finem. Et confirmatur, nam in fine Cuius comprehenditur,  
 ut infra dicam, obiectum operationis, ut est Deus respectu  
 visionis beatae: unde non solum amat sibi homo visionem  
 55 Dei, sed etiam Deum ipsum amore concupiscentiae perti-  
 nente ad spem, ut Theologi docent: non potest autem dici,  
 quod homo sit finis Dei, eo quod sit ille cui amatur Deus:

Aristoteles.

it shown: for that is properly an end in which the intention of an agent  
 stops. For the remaining things seem rather to have the nature of means.  
 But the intention only stops in the *finis cui*, [i.e., the end for which] the  
 other things are procured. For all things are ordered to it. Hence, just as  
 25R a means is loved only insofar as it is proportionate to the end, a *finis cuius*  
 is loved only insofar as it is proportionate to and agreeable to the *finis cui*.  
 Therefore.

And this is confirmed: for an end ought to be loved with friendship  
 love or at least with benevolent love, because it ought to be loved for its  
 30R own sake. But only a *finis cui* is loved in this way. For a *finis cuius* is  
 loved for something else, something that is called a *finis cui*. And thus love  
 for a *finis cuius* is concupiscent love, but love for the other kind of end  
 is friendship love or benevolent love. And therefore a *finis cui* is loved,  
 35R strictly speaking; a *finis cuius*, however, is loved only in a qualified sense,  
 according to the teaching of St. Thomas, IaIIae.26.4, [co.], when he says:  
 ‘that is loved strictly speaking for which (*cui*) a good is loved; this good,  
 however, which is loved for another, is only loved in a qualified sense.

St. Thomas.

4. But for other reasons it appears that only a *finis cuius* properly has  
 the *ratio* of a final cause. For Aristotle, wherever he defines this cause,  
 explicates its *ratio* through this: that it is that ‘for the sake of which (*cuius*)  
 something is done’, as is clear in *Physics* II, cap. 3, [194b33–34], and 7,  
 [198a23–25], and *Metaphysics* V, cap. 2, [1013a33–34]. For this reason he  
 40R says that an end is first in intention and last in execution, and likewise says  
 that the end of generation is the form and not the generating thing itself.  
 45R

Aristotle.

This is made evident by reason: that for which (*cui*) another end is  
 acquired or sought is just the subject that is perfected or actualized by  
 another thing that is intended as the end, as a human being is the subject  
 of health or of the beatific vision, which is the end of our activity. This  
 habitudo, therefore, is not properly of an end but of another *ratio*. For  
 50R no one will say, properly, that a human being is the beatific vision’s end;  
 rather, they will say that the vision is the human being’s end. For a thing  
 is for the sake of its activity as for the sake of an end.

This is confirmed: for the *finis cuius* includes, as I will say below,  
 the object of activity, as God is the object of activity with respect to the  
 55R beatific vision. Hence, not only does a human being love for himself the  
 vision of God, but he also loves God himself with the concupiscent love  
 pertaining to hope, as the theologians teach. Nor, moreover, can it be said  
 that a human being is the end for God by the fact that he is that for whom

ergo per illam particulam, *cui*, non explicatur propria ratio finis.

Dissolvitur. 60 5. Nihilominus dicendum <848> est in utroque horum salvari posse propriam rationem finis, interdum vero ita coniungi ut ex utroque coalescat unus integer finis. Hoc est consentaneum Aristoteli in citato loco *De anima*. Et ratione probatur, nam uterque horum finium potest per se excitare voluntatem, et ab ea diligi seu intendi propter suam bonitatem: sic enim quando homo inquit sanitatem, se diligit, cui sanitatem vult propter suum commodum et perfectionem, quam per se appetit, propter summam coniunctionem vel potius identitatem quam secum habet. Similiter diligit et intendit sanitatem, propter perfectionem ipsiusmet sanitatis. In quo magna est differentia inter medium, et finem Cuius, nam medium verbi gratia potio, solum est amabilis quatenus est utilis ad salutem: salus vero ipsa propter se amatur, quia per se perficit hominem cui amatur. Unde fit, ut totum hoc, *homo sanus*, sit integer, et adaequatus finis illius actionis, in quo praedicti duo fines includuntur, quasi componentes unum integrum finem. Sic etiam potentia dicitur esse propter operationem, ut propter finem cuius gratia fit, quamvis etiam operatio vere sit propter ipsam potentiam, nimirum ut ipsam perficiat, et in ultimo actu constituat. Ut merito dici possit, finem integrum esse potentiam ut perfecte actuatam, quod alii dicunt, potentiam non tam esse propter operationem, quam propter seipsam operantem. Atque hoc modo non repugnat duas res sub his diversis rationibus ad invicem esse unum finem alterius, et e converso: sic enim intellectus est propter visionem Dei, et visio etiam est propter intellectum ut ipsum perficiat. Neque hoc est inconveniens, tum propter rationes diversas, tum quia intentio agentis quasi adaequate fertur in compositum ex utroque cum mutua habitudine componentium inter se: quo modo materia est propter formam, et forma est etiam aliquo modo propter materiam: totum autem est, quod per se primo et adaequate intenditur. Quamvis autem finis Cui

60R (*cui*) God is loved. Therefore, the proper *ratio* of an end is not expressed through that phrase ‘for which’ (*cui*).

65R 5. Nevertheless, it should be said that the proper *ratio* of an end can be saved in each of these, though sometimes they are so conjoined that one integrated end coalesces from both. This is consistent with Aristotle in the cited passage from *De Anima*.<sup>5</sup> And it is shown by reason: for each of these ends can by itself excite the will and be selected or intended by the will for the sake of its goodness. For in this way when a human being seeks health, he loves himself, for whom (*cui*) he wills the health for the sake of his own advantage and perfection, which he desires in itself for the sake of the highest conjunction or, rather, the identity that it has with him. Similarly, he loves and intends health for the sake of the perfection of the health itself. In this there is a great difference between a means and a *finis cuius*. For a means—medicine, for example—is only lovable insofar as it is useful for health. But health is itself loved for its own sake, since it 70R of itself perfects the human being for whom (*cui*) it is loved.

75R And thus it happens that this whole—the healthy human being—is the integrated and adequate end of that action. In this the two mentioned ends are included, components, as it were, of one integrated end. In the same way a power is said to exist for the sake of activity as for the sake of the end for the sake of which it is made, although the activity also truly is for the sake of the very power, namely, insofar as it perfects the power and establishes it in the highest actuality. So it can rightly be said that the intergrated end is the power as perfectly actualized, or, what others say: 80R ‘a power is not so much for the sake of activity as for the sake of the one acting’.

85R And in this way it is not repugnant that two things under these different *rationes* each be the end for the other. For in this way the intellect is for the sake of the vision of God and the vision is also for the sake of the intellect as what perfects it. Nor is this disagreeable, because of the different *rationes* involved and because the intention of the agent is, as it were, 90R adequately brought to the composite of both ends with mutual habitudes of composing between themselves. This is the way in which matter is for the sake of form but form is also in some way for the sake of matter. The whole, however, is what is adequately and of itself intended. Moreover, although the *finis cui* and the *finis cuius* can be mutually related in that way, 95R

[The putative problem] is resolved.

<sup>5</sup>II, cap. 4 (415b20–22). Cf. n. 2 above.

Quaestiuncula  
consequens ad  
resolutionem  
praecedentis.

95 et Cuius possint ita ad invicem comparari, non est tamen id  
semper necessarium, ut statim declarabo.

100 6. Quaeret vero ulterius aliquis, esto uterque eorum  
sit proprie finis, quis eorum sit principalior. Respondeo,  
comparationem fieri posse, vel in ratione entis, vel in ra-  
tione causandi. Priori modo non est per se necessarium ut  
105 unus ex his finibus sit semper <col. b> perfectius ens, inter-  
dum enim finis Cui est res nobilior, ut cum homo propter  
sanitatem sibi acquirendam operatur: interdum vero accidit  
e converso, ut cum idem homo operatur propter acquiren-  
dum sibi Deum, qui longe nobilior est. Et ratio est, quia in-  
110 terdum res seu suppositum perfectius intendit sibi acquirere  
aliam perfectionem, quamvis minorem, ad quod satis est  
quod tale subiectum perfectiori modo se habeat cum tali  
forma, quam sine illa, quamvis, si praecise comparetur ad  
115 eandem formam, sit quid perfectius. Aliquando vero res ali-  
qua perficitur per coniunctionem ad perfectiorem, ut homo  
per coniunctionem ad Deum; et tunc optime potest res  
minus perfecta operari gratia alterius perfectioris, ut illam  
habeat et possideat prout potuerit: quo etiam modo materia  
120 appetit formam, et si posset gratia consequendi illam aliquid  
operari, id faceret: sub qua consideratione forma habet ra-  
tionem finis Cuius, et materia finis Cui, quae minus perfecta  
est, quam forma.

125 7. At vero si illa duo conferantur posteriori modo, scilicet  
in ratione causae et finis, idem videtur esse quaerere,  
quis eorum sit principalior, quod quaerere quis magis ame-  
tur, magisque intendatur. Et sane rationes prius factae vi-  
dentur suadere finem Cui magis amari, quia magis ratione  
sui diligitur, magisque in illo sistit motus voluntatis. Solum  
videtur obstare exemplum illud de amore concupiscentiae,  
130 et intentione consequendi Deum, quatenus bonum nostrum  
est. Neque enim dicere possumus, eo actu amare nos magis  
nos ipsos quam Deum: alias amor ille esset inordinatus:  
neque etiam dicere possumus illam intentionem principal-  
ius sistere in nobis, quam in Deo: alias absolute finis ultimus

it is, nevertheless, not always necessary, as I will explain shortly.

6. But someone will ask further: granting that each of these is properly an end, which one of them is more primary? I respond that the comparison can be made either under the *ratio* of being or under the *ratio* of causing. In the first way, it is not necessary *per se* that one of these ends always be a more perfect being. For sometimes the *finis cui* is a more noble thing, as in the case where a human being acts for the sake of acquiring health for himself. But sometimes it happens the other way around, as when the same human acts for the sake of acquiring God—who is far more noble than he is—for himself. And the reason is that sometimes the more perfect thing or *suppositum* intends to acquire for itself another perfection, although a lesser one. For this to happen it is sufficient that such a subject exist in a more perfect way with such a form than without it, even though the subject is more perfect if compared precisely to that form. But sometimes something is perfected through union with a more perfect thing—a human being through union with God, for example—and then the less perfect thing can well act for the sake of another more perfect thing in order that it may have and possess that more perfect thing insofar as it is able. This is the way in which even matter desires form, which, if it were able to act for the sake acquiring form, would do so. In this illustration, form has the *ratio* of a *finis cuius* and matter—which is less perfect than the form—has the *ratio* of a *finis cui*.

7. If, however, those two ends are compared in the latter way—namely, under the *ratio* of cause and end—it seems to be the same thing to ask which of them is more primary and to ask which of them is loved or intended more. And arguments soundly made before<sup>6</sup> seem to suggest that a *finis cui* is loved more, since it is loved more by its *ratio* and the movement of the will more stops in it. The only thing standing in the way seems to be the example of concupiscent love and the intention to pursue God insofar as he is our good. For we cannot say that by that act of concupiscent love we love ourselves more than we God. Otherwise, that love would be inordinate. Nor can we say that that intention to pursue God as our good stops more primarily in us than in God. Otherwise, the absolutely ultimate end of that intention would be us and not God,

A small question  
resulting from  
the preceding  
resolution.

<sup>6</sup>*DM* XXIII.2.3.

130 illius intentionis essemus nos, et non Deus, et ita esset etiam 130R  
inordinata intentio.

135 8. Quapropter distinctione vel limitatione opus est,  
nam in bonis particularibus, quae praecipue, vel etiam omni-  
no amantur in commodum amantis, vel ut illum perficiant,  
135R vel sub aliqua alia habitudine ad illum, verum est finem  
Cui principaliter amari, esseque principaliter finem. Et  
hoc probant rationes prius factae. Quae confirmari pos-  
sunt, nam saepe huiusmodi particulare bonum quod est fi-  
nis Cuius, supponit absolutum amorem illius personae cui  
140 amatur, et amor eius ex illo amore nascitur: sic enim homo  
interdum amat seipsum proprio amore benevolentiae, et ex  
140R illo postea amat sibi sanitatem. Et hinc <849> etiam saepe  
fit, ut talia bona particularia amentur ut media, et utilia ad  
alios fines ipsi amanti convenientes: signum ergo est, re-  
145 spectu horum finium ipsum finem Cui esse principaliter,  
magisque dilectum. At vero quando finis cuius gratia est  
145R summum bonum, et finis ultimus, si ordinate ametur et in-  
tendatur, semper debet retinere principaliter rationem fi-  
nis, magisque trahere ad se intentionem operantis. Quia  
150 cum sit finis ultimus simpliciter, non potest ita referri in al-  
ium sub aliqua ratione finis, ut in alio principaliter sistatur.  
150R Atque ita, cum homo intendit consequi Deum, licet ipse sit  
aliquo modo finis cui bonum illud quaeritur, tamen abso-  
lute potius homo ordinat seipsum in illum finem, nam vult  
155 coniungi illi bono ut ultimo fini suo. Quo fit, ut licet in  
eo motu et tendentia, respectu mediorum, et operationis,  
155R homo proprie dicatur finis Cui, tamen respectu ipsius Dei,  
qui principaliter quaeritur, non tam dicendus sit finis, quam  
subiectum quod ordinatur ad consequendum illum finem.  
160 Quamvis non negem posse etiam vocari finem Cui, nam  
160R revera habet illam rationem, ita tamen, ut intelligatur potius  
ordinari ad alterum finem obiectivum et ultimum, quam il-  
lum ad se ordinare.

*Secunda divisio finis in operationem, et rem factam.*

<sup>7</sup>*DM* XXIII.2.3.

and thus it would also be an inordinate intention.

8. This is why a distinction or limitation is needed here. For in the case of particular goods, which are loved mainly or even entirely for the advantage of the one loving (either as they perfect him or under some other habitude to him), it is true that the *finis cui* is loved more primarily and is a more primary end. The arguments given earlier prove this.<sup>7</sup> They can be confirmed: for often a particular good of this sort that is a *finis cuius* presupposes an absolute love for that person for whom (*cui*) it is loved and the love for it is born from the love for that person. For example, a human being sometimes loves himself with a proper benevolent love and later as a result loves health for himself. And hence it also often happens that such particular goods are loved as means, useful to other ends that are themselves agreeable to the one loving. This, therefore, is evidence that with respect to these ends the *finis cui* is more primary and loved more.

But when, however, the end for the sake of which (*finis cuius gratia*) is the highest good and ultimate end and if it is loved and intended ordinate, it ought always retain the more primary *ratio* of an end and ought draw to itself the intention of the agent to a greater extent. For when it is the unqualifiedly ultimate end, it cannot be referred to another thing under some *ratio* of an end in such a way that [intention] is primarily stopped in that other thing. And so when a human being intends to follow God, although he himself is in some way the *finis cui*, [i.e., the end for whom] that good is sought, nevertheless, absolutely speaking, the human being orders himself to that end, for he wishes to be joined with that good as with his ultimate end.

From which it follows that, although in that motion and tendency with respect to means and activity a human being is properly called a *finis cui*, nevertheless, with respect to God himself (who is sought most of all), a human being should not be called an end so much as a subject who is ordered to pursuing that end. I do not deny, however, that the human being can also be called a *finis cui*. For he does in fact fall under that *ratio*, though he does so in such a way that he is understood to be ordered to another objective and ultimate end rather than that end is ordered to him.

*The second division of ends into activities and the things produced.*

165 9. Secundo dividi solet finis in eum qui est operatio tan-  
 tum, et eum qui ex operatione resultat, seu in quem ten- 165R  
 dit actio, ut in rem factam. Quam divisionem tetigit Aris-  
 toteles 1. *Ethicorum ad Nicomacheam* cap. 1. et lib. 1. *Mag-*  
*norum moralium* cap. 3. Et, quantum attinet ad rationem  
 170 formalem finis, videtur materialis divisio sumpta ex rebus,  
 quae hanc causalitatem exercent, potius quam ex varia 170R  
 ratione causandi. Nihilominus tamen ad intelligendos auc-  
 tores, praecipue varia loca Aristotelis et ad explicandas alias  
 divisiones, et praesertim ad declarandos fines diversarum re-  
 rum, et maxime hominis, est necessaria. Exempla itaque  
 175 utriusque membri facilia sunt, tam in operibus artis, quam  
 naturae. Nam finis curationis est sanitas, aedificationis do- 175R  
 mus, generationis res genita, et sic de aliis: at vero pulsatio-  
 nis cytharae non est alius finis praeterquam ipsa cythariza-  
 tio, et contemplatio nisi sola ipsa contemplatio. Quamquam  
 180 in secundo membro advertere oportet, etiam in illis actioni-  
 bus posse philosophice distingui terminum ab actione, nam  
 terminus semper est <col. b> aliqua qualitas: actio vero  
 est via seu tendentia illius qualitatis: tamen quia terminus  
 185 huius actionis talis est, ut non duret nisi quamdiu fit, eo  
 quod in fieri et conservari pendet ab actuali motu seu in- 185R  
 fluxu potentiae, ideo quod attinet ad rationem finis, non  
 distinguitur inter actionem ut actionem, et ut terminum:  
 in actionibus vero prioris generis finis intentus est res facta,  
 190 quae permanet cessante actione. Ex quo etiam intelligitur,  
 hanc divisionem tantum esse datam de fine Cuius: nam finis 190R  
 Cui neque est actio, neque fit per actionem, sed supponitur  
 potius ad actionem, cum sit ipsummet agens.

*Tertia divisio finis, scilicet, actionis, vel rei factae.*

195 10. Atque hinc orta est tertia divisio finis in finem actionis,  
 et in finem rei factae seu genitae. Quae sumitur ex Aris- 195R

9. Secondly, ‘end’ is usually divided into those which are activity only  
 and those which result from activity or to which action tends as to a pro-  
 duced thing. Aristotle mentioned this division in *Nicomachean Ethics* I,  
 cap. 1, [1094a3–4] and *Magna Moralia* I, cap. 3, [1184b10 ff.]. Insofar as  
 this division pertains to the formal *ratio* of an end, it seems to be a mate-  
 rial division taken from the things that exercise this causality rather than  
 from a variation in the causing. Nevertheless, this division is still neces-  
 sary in order to understand the authors (especially Aristotle in the various  
 passages), to explain other divisions, and especially to reveal the ends of  
 different things (especially of human beings).

Examples, then, of each member of this division are straightforward,  
 in the works of art as in the works of nature. For the end of medical  
 care is health, of building a house, of generating a begotten thing, and  
 so on for others. But, on the other hand, there is no other end in the  
 striking of a lyre than the very playing of the lyre and in contemplation  
 other than the contemplation itself. Nevertheless, it should be noted with  
 respect to the second member that even in those actions a terminus can be  
 philosophically distinguished from the action. For the terminus is always  
 some quality, but the action is a way or tendency to that quality. Still, since  
 the terminus of this action is such that it does not endure except as long as  
 it is being made, by that fact in being made and being preserved it depends  
 on a power’s actual motion or influence. For this reason no distinction is  
 made between the action as action and the action as terminus as far as the  
*ratio* of an end is concerned.

But in actions of the former kind, the intended end is the thing pro-  
 duced, which continues after the action has ceased. From this one also sees  
 that this division is made only with respect to the *finis cuius*, for a *finis cui*  
 is neither an action nor made through an action, but rather is presupposed  
 for action since it is the very agent himself.

*The third division of ends, namely, of actions or of the things produced.*

10. From this last division there has arisen a third division of ends into the  
 ends of actions and the ends of the things that are produced of begotten.

168 cap. 1.] *om.* V.

171–172 varia ratione] variatione V.

Aristoteles. 200  
 Averroes. 205  
 210  
 215  
 220  
 225  
 230

